



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXVII. De visitatione per episcopos facienda, & de confirmatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO
CHRISTI
1287.

HONORIVS P. IV. HERBIPOLENSE. RYDOLPHVS I. IMP. 661

XXVI.

Nonnulli afflictis ecclesiis, quæ vacationis laborant incommodo, non verentes afflictionem addere, bona earumdem ecclesiarum diripere ac occupare nituntur. Ex quo graue ipsis ecclesiis in rebus earum prouenit detrimentum. Nos super hoc vacantibus ecclesiis prouidere volentes, eos, qui vacantium ecclesiarum & decedentium clericorum bona immobilia seu mobilia de cetero usurpabunt, aut vñibus propriis deputabunt, excommunicatos esse volumus ipso facto.

XXVII.

Curent archiepiscopi & episcopi commissas eis prouincias omni sollicitudine ab insidiis inimici humani generis; & qui circuit quærens quem deuoret, per se vel alios custodire. Et quia ob defetum visitationis multos mares & mulieres quasi sexagenarios inuenimus, nondum vñctione chrismatis confirmatos, præsentis constitutionis tenore sancimus, vt singuli archiepiscopi, & episcopi, ciuitates & diœceses suas per se, vel per alium, aut alios, anno quolibet, vel ad minus de biennio in biennium, visitare studeant, confirmingando confirmandos, & corrigendo quæ sunt corrigenda.

XXVIII.

Nonnullos, qui guerras habent vel inimicitias cum aliquibus ecclesiis sibi vicinis, campanilia siue domos ipsarum occupare audimus, ac armatis & ædificiis ad pugnandum incastellare præter prælatorum assensum; & in vltiones contra votum, & propter hoc inimici eorum incastellationes & muni-

Oooo iii